

## EXEGESIS.

**N**otandum 1. Quod alii quinque gradus torturæ faciant. Et (1) ponunt minas de torquendo (2) deductionem ad locum tormentorum. (3) Spoliationem seu denudationem & ligaturam. (4) Elevationem (5) quasfationem, quando reus, dum elevatus pendet, per carnificem movetur. Clarus *quest. 64. num. 31. Steph. ad h. l. Bocerus c. 5. num. 23. de Tort. p. 464.* Verùm accuratè loquendo, minæ de torquendo, deductio ad locum tormentorum, & denudatio non sunt propriè gradus torturæ, quia nullum cruciatum inferunt corpori, etiam si metum & terrorem torquendi inquisito incutiant. Nihilominus quoad effectum cum tortura æquiparantur, quod paria sint, vel per ipsa tormenta, vel metu tormentorum confiteri, l. 2. C. *Quar. appell. non recip. Carpzov. qu. 117. num. 44. p. 157.*

Alii faciunt tres gradus torturæ 1. est territio, quæ comprehen-  
dit sub seminas de torquendo, deductionem ad locum tormentorum,  
devestiationem & ligaturam. 2. Sublevatio in tormenta, & quæstio sub  
tormentis. 3. Tortura ipsa, quando nimis carnifex reum quassat, &  
semel atq; iterum funi, ex quo inquisitus pendet, acriter impingit ictum,  
quæ torturæ pars videtur asperrima. Ægid. Boff. in *Tit. de Tort. num. 16.*  
*Bocerus c. 5. num. 23. p. 464. de Quest.* Jacob. Novell. in *Tract. Theor. causar. Crim. p. 110.* Adde & Theodoric. Sed Bocer. negat d. l. primum gradum  
torturæ verum esse gradum, quia cruciatum non infligit corpori, l. 15.  
§. 41. ff. *de Injur.*

Regulariter tamen duæ species torturæ ponuntur. 1. Territio  
& 2. Tortura ipsa. Territionem quod attinet, illa iterum duplex est. (1)  
*Verbalis*, quæ est conjuncta cum præparatoriis, & exhibitione instrumen-  
torum, quæ ad torturam faciunt. Estque nihil aliud, quam nuda simula-  
tio carnificis de torquendo reo, absque omni tactu & apprehensione. Et  
hæc propriè species torturæ non est. Carpz. *quest. 117. num. 49. p. 157.* In-  
terim tamen territio hæc sæpe decernitur, & sæpe etiam ea mediante  
extorquetur veritas.

(2). *Realis*, quando præter minas carnifex mārum admoveat inqui-  
sito, & rei corpus levissimis affigit tormentis, dum non tantum denuda-  
tur vestibus, ad scalam deducitur, & instrumenta in conspectu ponuntur;  
Verùm etiam pollices comprimuntur forcibus, Wann die Daunis-  
toste angeleget werden: vel funiculis ligari incipit reum, mit dem  
Schnus